Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

afalsis fratribus quia & hereticorum doemata recte credendo
refutat & uiciosa quorundà catholicorum & empla sobrie &
iuste & pie uiuendo deuitat; Non chartae fumo proprie cupi
ditatis quia feruet interius solo ardore dominice caritatis; huic
homini autem idem redemptori nro qui ecclesiam sibi uniuersalem in
uincibili mentis fortitudine copulauit pro modo suo quiq; simulantes
electi; Quando quod ipse uniuersa ecclesia generaliter facit hoc illi in
suis singuli cordibus agere specialiter curant; Nam quasi in altum fodiendo
suam uigilanter conscienciam discutiunt ne quid in ea sordidum lateat
sollerter inquirunt cunctas afundo cordis super uacuarum cogitacionum
latebras manu sedule discrecionis exhauriunt, Quatenus firmam in se
quietam q. sedem petre illi firmissime hoc e. xpo p parent sic q. ut per
eius presenciam insuperabiles uniuersi seculi tentus aduersa simul & pro
spera blandientis p durent; Hec uniuersae domino fratres carissimi de
euangelice leccionis exposicione transcurrimus sed uidetur con
gruum sollemnitatis quam colimus de edificacione templi aliqua co
memorare & quam decenter ornatus illius ecclesie significacionem
conuenat indagare Narrat ergo scriptura quia preceperit sale
mon ut tollerent lapides grandes lapides preciosos in fundamentum
templi & quadrarent eos; Lapides autem grandes & preciosi qui in
fundamento locati totum onus templi sibi super impositum portant
eximios sancte ecclesie doctores insinuant grandes numeri ex cel
lencia meritorum preciosos claritate signorum qui ab ipso do
mino uerbum audientes totam crescentis ecclesie fabricam sua p
dicacione genuerunt; Quando enim in scripturis fundamenta
plurali numero dicuntur uel predicatores sanctos uel firmas
iustos cogitaciones significant; Unde est illud psalmiste;